

1510. in Jbri

787.

Legatio à Sigismundo I. Rege Polo-  
nia ad Conventus particulares.

212

Rm<sup>o</sup>, ac Audi<sup>o</sup>, Mag<sup>o</sup>, Quos<sup>o</sup>, ac Nobiles Do-  
mini! Sacra Regia Mttas<sup>o</sup> Dnus noster clemen-  
tissimus postquam dignitatem Regiam assecutus est,  
magno studio curavit ut regnum istud, quod multis  
vel potius infinitis periculis circumdatum est, multosq;  
habet inimicos, ea iisdem periculis educeret et eli-  
beraret et ob eam rem cum Consiliarijs suis aliquot  
Conventus G<sup>o</sup> et particulares celebrasset, quereus  
modos, quibus facilius averteret ista pericula, quae  
universum Regnum in assidua sollicitudine et motu  
detinent, et Regnum istud pacificaret, sed quoniam  
hujusmodi pericula, quae jam dudum orta esse vi-  
dentur et sensim creverunt, non facile nec subi-  
to amoveri possunt, praesertim quod in Regno  
omnis ars militaris perisse videtur simul cum  
opibus publicis et privatis, volens rebus sic col-  
lapsis medicinam afferre. Instituit Mttas<sup>o</sup> Epus  
Regia cum Dominis Consiliarijs Conventum Rm<sup>o</sup>  
G<sup>o</sup> ad Diem Sanctorum trium Regum Piotrkov-  
vici celebrare. Quem quidem generalem Piotrkov-  
koviensem Conventum Rm<sup>o</sup> universi minus quilibet  
Conventus terris Cracoviensibus seu minoris Polo-  
niae in nova Civitate Korkayn die S<sup>o</sup> Francisci  
proxime futuro, terris vero minoris Poloniae in  
Kolo die Circumcisionis D<sup>o</sup> designatus precedet.  
Quamobrem Sacra Mttas<sup>o</sup> Regia vobis denuntiat,  
licet antea jam Av<sup>o</sup> supradictos Conventus denun-  
tiavit, hortando Dnos Consiliarios et Dignitarios,  
ut ad eisdem Conventus veniant de salute Reipu:

pllice  
CC

Reipublice et necessaria defensione consultatur.  
Vos autem Dnos Nobiles Communitatesque Mttas  
Sua hortatur, ut una cum Consiliarijs designetis  
Nuntios et eos ad prefatas Conventiones mittatis  
cum sufficienti instructione et plena potentia, ut  
ad tanta pericula, et plane inevitabilia considera-  
tionem bonam habendo, ita de defensione consu-  
lant, quemadmodum id expedire videris. Nam  
contra tot et tam potentes hostes, a quibus vi-  
res et opes Rm debilitatae sunt, nullum pecuni-  
arium subsidium, quale annis praeteritis cum  
depauperatione omnium regnicolarum factum est,  
sufficere potest. Etenim pecunia perditur, nec  
tamen defensio parari potest. Confidit Mttas Re-  
gia, quod omnes tam crebris periculis permove-  
bimur et optimo animo ita consuletis de modo  
defensionis necessario et utili, ut ad pacem opta-  
tam perveniat. Sacra autem Mttas Regia, quae  
omnes subditos suos diligit, non modo parata est  
consulere de omnium Vestrum bono et tranquillo  
statu, sed etiam se ipsam pro vobis exponere,  
quemadmodum, id sua Mttas non verbis sed re  
ipsa in tam angusto et brevi tempore imperij  
sui testatum omnibus fecit. 1510. in Febr.